Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35054
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



erroris put inter eos malicie iudicauit antiquitas. Idem electus non
pacifer inventus sed bellifer non altaris leuita sed equo leuiter
eleuatus non dei minister sed excidii ministrator. Inter agmina mili
tum censualiter incidit et ad priuatam honestatem custodiam
ipsum bellicus euentus adduxit. Decimus deliberatione festiua
si ad presens dominationis vestre voto non pareo molestum queso pater pi
issime non geratis cum absque amicorum meorum quorundam Marchionum
Comitum et aliorum magnatum Italie constantia quorum in hoc precipue
versatur interesse consilium id nunc fieri honeste posse non videa
sed quam cito ad instantiam nuntiorum meorum super hoc eorundem nobilium
michi constare patefient tam in his quam in aliis que sanctitatis
vestre grata sint animo et affectu blandiuntur pe indentiam operum
que vtinam prime caritatis affectio placida relatione cognosc
at signa deuotionis ostendam. Interim tamen ipsum obreuerentiam apostoli
ce sedis et vestram non ea que capitis ex hostium conculcatione debe
tur sed que humilitati conueniat et eque impoleat libertati honesta
custodia faciam sociari vtque ad presens in totum ostendi non potuit in
ea saltem in parte deuotio cognoscatur. xxv.

Costones edite per imperatorem contra hereticos Rica

Fredericus etc. dilectis principibus suis etc. Commissi nobis celitus
cura Regiminis et Imperiali dyadema Cui dante domino presidemus
fastigium dignitatis materiale quo diuisum a sacerdotio fungimur
gladium aduersus hostes fidei mexterminium heretice prauitatis
exigunt exercendum ut in pereos perfidie filios contra deum et ecclesiam insul
tantes tamquam matrem vteri corrosores in iudicio et iusticia prose
quamur maleficos vinea non passuri per quorum scientiam seducentes mun
dus inficitur et gregi fidelium pauores morbidas grauior infligitur
corruptela. Statuimus itaque sanctiones vt heretici quocumque nomine
censeantur vbicumque per imperium dampnati fuerint ab ecclesia et se
culari iudicio assignati a iudicio debita puniantur. Si vero
predictis postquam fuerint deprehensi territi metu mortis redire vo
luerint ad fidei vnitatem iuxta canonicas sanctiones ad ange
dam penam in perpetuo carcere detrudantur. Preterea quicumque here
tici reperti fuerint in ciuitatibus opidis seu locis Imperii prin
cipes aliquos ab apostolica sede datos et alios catholice fidei ze
latores hii qui in predictam ibidem habuerint ad inquisitorum et alio
rum catholicorum virorum insinuationem eos capere teneantur et eos ca
ptos arcius custodire donec per censuram ecclesiasticam dampnatos
dampnabili morte perimant. Qui fidei sacramenta et gloriam eterne vi
te dampnabiliter et simili quoque pena plecti censemus omnes quos
ad fouendum hereticorum errorem calidus hostis suscitat aduoca
tos vel parat illicitos defensores maxime cum facinus quod inqui
nat equat nisi monitione premissa destituant et eorum vice duxe
rint consulendum. Eos preterea qui conuicti in vno loco de heresi
ad alia loca se transferunt vt caucius possint effundere virus
heretice prauitatis debita censemus subire vindictam ut super